



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisæus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Raptus. n. 349.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**



Quod si non possit, dimittat uxorem, ut alium ducat. Ratio secundæ partis est, quia mulier contrahendo obligavit se ad copulam: consequenter & ad media necessaria ad illam, si non habeant annexum periculum vitæ, aut aliud grave incommodum.

Raptus.

CONFERENCE XXXII.

349.

**D**uo Officiales milites diverterunt in hospitio publico ad album leporem, in quo hospitiantur duæ filię perpulchræ, Christina & Euphrosina, unus illorum sollicitavit pro Christina consentiente, alter pro Euphrosina reclamante, apud parentes quoad utramque omnino repugnantes: discessuri quisque suam clam abripuit, unus Christinam volentem, nolentem Euphrosinam alter: ubi autem pervenerunt ad exercitum, cum ambabus consentientibus celebratæ sunt nuptiæ: Queritur ergo; an valide propter Conc. Trid. Constitutionem *sess. 24. cap. 6. de reform.* ubi decernit S. Synodus, inter Raptorem & Raptam, quamdiu ipsa in potestate Raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium.

**RESOLUTIO** prima: Inter primum Officialem & Christinam fuit validum Matrimonium. Ratio est: quia Raptus propriè dicitur dirimens Matrimonium, secundum omnes est abductio puellæ ex potestate parentum violenta ad alium locum Matrimonij contra-

P

heut



hendi causa : sed in proposito nulla violentia Christianæ, neque parentibus, eisi inuitis, igitur &c. atque ita respondit ad hunc casum, Lucius III. cap. cum causam, de raptoribus, apud Patric. hic.

350. RESOLUTIO secunda : Inter alterum Officium & Euphrosinam celebratum Matrimonium est validum & invalidum : *Validum*, si illa à Raptores separata, ac in loco tuto, & libero constituta, illum in viram habere confenserit : *invalidum* autem, si in potestate Raptoris permanserit. Ita conc. ci. his ipsis verbis. Ratio utriusque partis est : Quia Concilio eo decreto nil aliud intendit, nisi libertati Matrimonij providere : sed hæc libertas servatur, quando Euphrosina posita in tuto ac libero loco consentit : & non servatur, quamdiu manet in potestate Raptoris : ergo in priori casu fit Matrimonium validum, invalidum in posteriori.

#### CONFERENTIA. XXXXIII.

Miles sperans se Colonello suo viduo optatum gratum facturum, si puellam honestam per Raptum adductam, ipsi præsentaverit in Matrimonium : Fecit sic : At quia puella Colonello non placuit, ipse Miles cum ea contractavit, an valide ; Resp. valide. Ratio est : quia nullitas Matrimonij solus infertur contra Rapientem pro se, non contra Rapientem pro alio ; unde in casu proposito tam Colonellus quam